



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Neu-Landsberg, am 3. Mai 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Neu-Landsberg, am 3. Mai 1325.

Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, comes palatinus Rheni, Dux bavarie, sacri imperii archicamerarius, fidelibus et dilectis Burgensibus universis in nova Landsbergk presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Constantie vestre precelsa caritas ad hoc nostrum provocat ac pulsat animum, ut ad ea, que vestrum contingunt salutem et commodum, sinceris affectibus merito intendere debeamus. Supplicationibus igitur vestris humilibus favorabiliter inclinati, universa vestra ac civitatis nostre predictae jura, libertates, proprietates, possessiones, donationes, gratias, approbatas consuetudines atque immunitates, quibus vos et civitas estis ab antecessoribus nostris, quondam Marchionibus Brandenburgensibus sancte memorie, predicti ac muniti, Insuper omnia vestra privilegia, literas seu instrumenta super dictis juribus, proprietatibus, libertatibus, possessionibus, donationibus seu super contractibus quibusvis per ipsos nostros antecessores vobis et civitati data, concessa et indulta sunt, approbamus, ratificamus, nec non presentis pagine patrocinio solemniter confirmamus. Nulli ergo omnino homini fas sit, hanc paginam nostram infringere vel aliquo modo contraire. Quicumque vero hoc facere vel attemptare presumpserit, nostram indignationem cum ultione debita se noverit incursum. Testes hujus nostre confirmationis et gratie ad hoc vocati specialiter sunt nobiles viri domini Guntherus et Adolphus, comites de Lindowe, honorabilis vir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, Hermannus de Reder, noster Marscalcus, Hermannus de Loffow, Ludolphus de Wedel, Guntherus de Sandelow, Hermannus Bolch, milites nostri, cum aliis fide dignis, in quorum omnium et singulorum stabile testimonium presentem paginam inde confici et sigilli nostri appensione mandavimus fideliter communiri. Datum in dicta nova Landsberg, per manum Hermanni de Luchow, Anno domini MCCCXXV, in inventione sancte crucis, in nostra presentia.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives I. 48.

XIII. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg acht Winspel Mühlenpächte und das Dorf Gulem, am 3. Mai 1325.

Wir Ludovicus, von gots gnaden zu Brandenburg vnd Lusatien Marggraff etc., bekennen vnd thun kund öffentlich mit diesem Brieffe, daz wir vnsern getreuen Burgern von Neuen Landsberg, gegenwärtigen vnd zukünftigen, darzu der gantzen gemeinen Stadt gegeben haben vnd geben mit vollkommener gabe vber IIII winspel roggem in der mühle, bey der stadt mauer gelegen vnserer genanten stadt, vnd vber IIII winspel roggem in der spitzmole vollkommene gewalt, daz vns daran, noch vnsern erben, noch vnsern nachkomlingen kein recht daran behalten noch behalten wollen in den VIII winspel roggem. Darzu den obgemelten vnsern getreuen burgern vnd einwohnern der stadt Landsberg geben wir gantz zueigen das dorff Vlem mit allen nutzungen, darzu gehorenden oder einkommenden nutholtzungen, weyden, wassern vnd was sonst zum